

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Rhetorik – Segen oder Fluch?

Cicero erörtert in dem folgenden Text, ob die Redekunst den Menschen Vorteile bringt.

Saepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerit
2 hominibus et civitatibus copia dicendi ac summum eloquentiae studium.
Nam cum et nostrae rei publicae detrimenta considero et maximarum
4 civitatum veteres animo calamitates colligo, non minimam video per
disertissimos homines invectam partem incommodorum; cum autem res
6 ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex litterarum monumentis
repetere instituo, multas urbes constitutas, plurima bella restincta,
8 firmissimas societates, sanctissimas amicitias intellego cum animi ratione
tum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa
10 in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem sapientiam
sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia
12 nimium obesse plerumque, prodesse numquam. Quare si quis omissis
rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii consumit omnem
14 operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patriae civis
alitur; qui vero ita sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda
16 patriae, sed pro his propugnare possit, is mihi vir et suis et publicis
rationibus utilissimus atque amicissimus civis fore videtur. Ac si volumus
18 huius rei, quae vocatur eloquentia, sive artis sive studii sive exercitationis
cuiusdam sive facultatis ab natura profectae considerare principium,
20 reperiemus id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus
profectum.

(191 Wörter)

CERTAMEN CAROLINUM 2019

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

<i>Zeile</i>	
2	copia, -ae f.: Fähigkeit
4	vetus, veteris: früher
5	disertus, -a, -um: redegewandt
	invehi, -or, -vectus sum: verursachen
8/9	cum...tum: sowohl...als auch besonders
10	sententia, -ae f.: Ansicht
12	omitto, -misi, -missum: aufgeben
13/14	operam consumere, -o, -sumpsi, sumptum: Mühe verwenden
15	alere, alo, alui, altum: <i>im Passiv:</i> sich entwickeln, werden zu
17/18	<i>Legen Sie der Übersetzung folgende veränderte Satzreihung zugrunde:</i> Ac si volumus considerare principium huius rei ...

